

Inter quadragesimam praesertim Deum amemus eiusque praecepta sequamur oportet, ut homines, fratres nostros, caritate iuvenus et verum Ecclesiae munus praebeamus. Ideo inter mirum paenitentiae tempus nobis est non in dolore, sed in caritate vivendum. Quod nos e Sacris litteris discimus. Nam Iesus, mulierem peccatricem proferens, dixit: «Remissa sunt peccata eius multa, quoniam dilexit multum» (Lc 7,47). Quod vero non semper accidit, quia multi homines, cum dolore excrucientur, plerumque irascuntur et maledicta in Deum coniciunt. Qui contra veri sunt Christiani, cum acerrimis doloribus vexentur, Deo gratias agant et peccatorum remissionem petunt. Quibus remissa sunt peccata multa, quoniam dilexerunt multum. Ideo inter quadragesimae tempus hoc est maxime nobis memorandum: amandus est Deus et proximus, ut ieiunium nostrum rite sanctificetur.

E.S. scripsit